



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Henr. Harphii Theologi Ervditiss. Ordinis
Minorvm, Ac Rervm Divinarvm Contemplatoris eximij.
Theologiae Mysticæ Libri Tres**

Henricus <Herpius>

Coloniæ, 1611

De voluntate recta & propria, quomodo trahit ad serationem, & trahitur à
ratione in bonum, vel malum: & quod sit propria voluntas. Cap. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37362

quodam vt satisfactoria, vt oratio, ieiunium, & elemosina. Quarto, quodam vt proficientia, sicut supererogationis opera. Quartus deniq; actus verae poenitentiae est, quod nullo honore vel scandalo, nullo lucro vel damno, nullo commodo vel incommodo, nulla poena vel miseria, nulla passione vel affectu, vel iterum plangenda admittere. Cuius firmi propositi, quatuor signa possunt assignari. Primum est, sic dolere de praeteritis, sic cauere de futuris, quod potius subire vellet omnem poenam, omnemque iacturam, quam iterum scilicet & deliberatè peccare mortaliter. Nam quamdiu ex quacunque suppositione quis paratus esset peccare mortaliter, semper in peccato mortali remaneret, licet actu mortaliter peccare non videretur. Secundum est, se semper inuenire paratū ad satisfaciendum laesae & iniuriatae in anima, corpore, & fama, coniuncta persona, vel terrena substantia: & hoc iudicio proborum virorum. Quod si pro tunc non potest, veraciter doleat, semperque paratum animum ad hoc habeat, vt offerente se possibilitate, liberaliter satisfaciatur. Insuper paratum se inueniat, vt iniunctam poenitentiam plenarie libera voluntate perficiat. Nam qui veraciter poenitet, quicquid ei pro culpa destruenda (quam odit) iniungitur, cum omni celeritate gratanter amplectitur. Tertium est, se semper exhibere paratū ad remittendum iniuriantibus, adhuc etiam actualiter iniuste persequentibus, ita quod rancorem, ex appetitu vindictae procedentem, deponere debet, prout latius videbitur inferius. Quia secundum Augustinum, vnusquisq; talem indulgentiam accepturus est à Deo, qualem & ipse dederit proximo. Quartū est, exhibere se paratum ad resignandū officio, negotio & artificio, quod raro vel nunquam exercere potest sine mortali peccato: ac generaliter pro posse subterfugiat omnes proximas peccatorum occasiones.

De voluntate recta & propria, quomodo trahit ad se rationem, & trahitur à ratione in bonum, vel malum: & quid sit propria voluntas. Cap. VIII.

Recti diligunt te. Cant. i. Recti, id est, illi qui fide & opere sunt iusti, quia fides sine operibus mortua est, vel, recti sunt, qui propter Deum (qui finis est & principium) omnia faciunt. Recti sunt, qui ab extremis non recedunt, ita pauperes manentes in medio, sicut in morte & initio vitae, tales proprie diligunt te solum. Vel, recti sunt corde, ore, opere, qui non declinant à veritate. Hi diligunt

Poenitentiae
actus quartus.

I.
Propositi
abstinendi
à peccatis
signa quatuor.

II.

III.

III.

Recti qui
sunt.

gunt te super omnia, voluntatem tuam implendo, & se voluntati tuae conformando. *Diligunt*, inquam, te, sicut amicus verus amicum, quorum est vnum velle, & nolle: omnes amici proprietates in te confidendo, & fideles in dilectione tibi in omnibus acquiescendo. Vel, *recti diligunt te*, sicut sponsa sponsum; moribus tibi placere studendo. Cum autem virtus sit quaedam rectitudo voluntatis, & conformitas, seu reductio ad diuinum beneplacitum; de ipsa voluntate primo reor esse prosequendum. Nam (vt dicit Hieronymus) voluit Deus rationalem creaturam voluntarij boni munere & liberi arbitrij potestate dotare, vt boni & mali capax, vtrumque vniuersaliter posset, & ad alterum voluntatem desisteret. Licet quippe nobis eligere; refutare, probare; respuere, nec est quo magis rationalis creatura ceteris praefertur, nisi quod cum omnia alia conditionis tantum & necessitatis bonum habent; haec sola habet & voluntatis: quae tamen voluntas debuit esse subiecta Creatori, quia; secundum Anselmum, solius Dei est habere propriam voluntatem, quae nulli subiecta sit. Quicumq; ergo propria voluntate vtitur, ad Dei similitudinem; errapinam vtitur; ac Deum propria dignitate, singulari; excellentia (quantum in ipso est) priuare conuincitur. Hinc dicit Augustinus, quod non potuit Deus perfectus demonstrare quantum bonum sit obedientia, nisi cum prohibuit ab ea re, quae non erat mala. Sola ibi obedientia tener palmam, sola inobedientia inuenit poenam. Nullam enim virtutem sic exegit Deus a primis parentibus, sicut obedientiam. Quia seruata, fuisset humana natura in gratia stabilita: qua contempta, multiplici miseria (diuina dictante iustitia) fuit condemnata.

Virtus quid sit.

Voluntate propriam habere, solius Dei esse.

Voluntas quid.

Voluntas igitur est potetia tam passiuam quam actiuam simul, in quantum est mouens & mota, sicut in 3. de Anima dicit Philosophus vniuersaliter de vi appetitiua. Mouetur autem a suo obiecto, quod est bonum ratione apprehensum. Impeditur vero quandoque iudicium & apprehensio rationis propter vehementem, & inordinatam apprehensionem imaginationis, ac iudicium aestimatiua virtutis. Apprehensio proinde imaginationis, & iudicium aestimatiua virtutis, sequuntur passionem appetitus sensitiui, sicut dispositione linguae sequitur iudicium gustus. Hinc videmus, quod homines existentes in aliqua passione, non faciliter auertunt imaginationem ab ijs, circa quae sic afficiuntur: & per consequens, iudicium rationis plurimum sequitur passionem appetitus sensitiui. Talis enim passio causat quandam immutatio-

tationem corporale, ex qua ratio quodammodo ligatur, ne liberè exe-
 at in actum, sicut somnus, vel ebrietas facta quadam corporali trans-
 mutatione ligat usum rationis. Cum igitur iudicium rationis sequi-
 tur passionem appetitus sensitui, consequens est, vt etiam motus vo-
 luntatis, qui natus est sequi iudicium rationis, sequatur etiam passio-
 nem appetitus sensitui. Quod innuens Apostolus, dicit: *Video aliam*
legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuam me
in lege peccati. Voluntas enim cum in peccato persistit, à recta conside-
 ratione etiam intellectum auertit. Quia mala voluntas eligens oppo-
 situm rectæ rationis dictamini, non permittit iudicium diu stare in il-
 lo recto dictamine, sed auertit ipsum ab hoc, & conuertit ad oppositum,
 vel ad aliquod aliud impertinens, ita quòd tali malicia voluntatis ex-
 cecati, plerique non aduertunt se errare. Et hæc auersio contingit du-
 pliciter. Primò, propter occupationem mentis circa alia, quæ magis di-
 ligunt, quibus ab inspectione huiusmodi mēs auertitur, secundum illud
 Psalmista: *Supercecidit ignis, & non viderunt solem, id est, supercecidit*
inordinata concupiscentia, & non considerauerunt veritatem. Secun-
 dò, ex eò, quòd voluntas corrupta, & in profundum malorum mersa,
 spontaneè reuocat intellectum à consideratione rectæ primæ veritatis,
 & omnium, quæ mentem ad illam reducant, iuxta illud Psalmista:
Noluit intelligere, vt bene ageret. Impius enim postquam peruenerit in
 profundum malorum, contemnit: & ex hoc intellectus auertitur à recta
 consideratione & ponderatione vitiorum, ita quòd maxima vitia re-
 putat parua, vel prope nulla. Talis autem dicitur propria voluntas.
 De qua dicit Anselmus: Propria voluntas Angeli, vel hominis est, quæ
 contra voluntatem Dei est. Cum enim vult aliquis, quòd Deus velle
 prohibet, tunc nullum habet auctorem voluntatis suæ, nisi seipsum:
 & ideo nõ nisi propria sua est. Nam licet huiusmodi voluntatē suam
 aliquando subdat voluntati alterius hominis, propria tamen est, si cõ-
 tra Deum est. Quoniam cum non subdit nisi ad aliquod quòd vult,
 attingat, ideo seipsum habet auctorem, cur eam alij subdat. Quapro-
 pter propria voluntas est, quæ nulli alij subdita est. Et sicut Deo nihil
 dicitur, vel me ius offertur bona voluntate; sic nihil execrabilius pos-
 sidetur propria voluntate. Sola namque voluntas est, qua peccatur, &
 qua rectè viuitur. Nec est lepra detestabilior, quàm lepra propria vo-
 luntatis. Hinc dicit Bernardus: Cesser propria voluntas, & infernus
 nõ erit. In quæ enim ignis inferni descendi, nisi in propria voluntatem?

R 3 Quòd

Rom. 7.

Voluntas
mala vnde
oriatur.

I.
Excæcacio
spiritualis
vnde.

Psal. 57.

II.

Psal. 35.

Prouer. 18.

Voluntas
propria
quid sit.

Quod si quæris, quæ voluntas dicitur propria, responder Augustinus super Psalmum trigessimum quintum, dicens: Iustitia Dei est, aliquando ut sis sanus, aliquando ut agrotas. Si quando sanus es, dulcis est voluntas Dei; & quando agrotas, amara est voluntas Dei, non recto corde: quia non vis dirigere voluntatem tuam ad voluntatem Dei, sed Dei vis curvare ad tuam. Illa recta est, sed tu curvus: voluntas tua corrigenda est ad illam, non illa ad te, & rectum habebis cor: alioqui, velis, nolis, in te voluntatem suam implebit Deus. Quod ostendit Anselmus libro primo, Cur Deus homo, dicens, quod ea, quæ cæli ambitu continentur, si vellet non esse sub cælo, aut elongari à cælo, nullatenus possent non esse sub cælo, nec fugere cælum, nisi appropinquando cælo, scilicet in parte opposita. Ita quamvis malus divinae voluntati, & ordinationi subiaceret, non tamé effugere poterit. Quia si vult fugere de sub voluntate iubente, currit sub voluntate puniente. Et si quæris quæ transit? Non nisi sub voluntate permittente. Et hoc ipsum, quod perversum vult, aut agit, ad uniuersitatis potestatem, ordinem, & pulchritudinem summa sapientia conuertit. Hinc cõsultat Apostolus, dicens: *Nolite conformari huic seculo, scilicet in peruersa voluntate, sed renouamini in nouitate sensus vestri, ut probetis, id est, experimentaliter cognoscatis, quæ sit voluntas Dei bona, scilicet in prohibitionibus peccatorum; & beneplacens, in præceptis virtutum; & perfecta, in cõsilijs supererogationis.*

Rom. 12.

Quod voluntas bona sola est meritoria, si fuerit plena, quia pro factis reputatur: & quantum bonum est obedire diuinae voluntati. Cap. IX.

Psal. 31.

Recti dicitur te Glossa super illud Psalmi: *Gloriamini omnes recti corde, ait: Recti sunt, qui dirigunt cor suum secundum voluntatem Dei. Virenim bonus (vt dicit Seneca) quicquid illi acciderit, æquo animo sustinebit. Sciet enim hoc accidisse lege diuina, ex qua uniuersa procedunt.*

Iob 1.
Rectus qs.

Gregorius uerò super illud Iob: *Er at vir simplex & rectus, dicit: Quod rectus est ille, qui in aduersis non tangitur, qui ad temporalia non inclinatur, qui ad superiora totus erigitur, qui diuinae voluntati totus subijcitur. Nam, vt ait Sixtus Pythagoricus, qui tertio Christi anno floruit, libertatem arbitrij dedit Deus hominibus, vt purè sine peccato viuentes, similes fiant Deo. Templum Dei est mens pura, & altare optimum*